Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36814
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



dolorem uulnerum meorum addidere ⁊

Apponе iniquitatem super iniquitatem eorum · & non intrent in iustitiam tuam ⁊

Deleantur de libro uiuentium · & cum iustis non scribantur

Ego sum pauper & dolens · salus tua d̄s suscepit me ⁊

Laudabo nomen dei cum cantico · magnificabo eum in laude ⁊

Et placebit d̄o super uitulum nouellum · cornua producentem & ungulas ⁊

Videant pauperes & lętentur · quęrite d̄m & uiuet anima uestra ⁊

Quoniam exaudiuit pauperes d̄ns · & uinctos suos non

super dolorem · cum uel ecclesiam uel apostolos persecuti sunt ⁊

Dicitur ergo de iudaeis · deleantur de libro uiuentium ⁊ non quia scripti erant · sed quia scriptos esse se iudicabant ⁊ Ibi enim quod scribitur delere non potest · quia totum in praedistinatione solidatum est ⁊ et cum iustis non scribantur · hoc eis accidere negat · quod eis proficiebat ⁊

Laudat enim caput nostrum nomen d̄i cum cantico · quando in ecclesia ymnica exultatione fit adunatio fidelium ⁊ Ipse enim in nobis laudat et magnificat · quod nos uerae cte laudare cognoscit ⁊

Videant pauperes · quia d̄s iste respuit · et mundissimum cor requirit · ideo laetentur ⁊ Quaerite d̄m · ammonet pauperes · ut escam mentis quaerant · unde anima sagineur ⁊ Illud proprie uiuere dicimus · quod in beatitudinis iocunditate consistit ⁊

Iniquitas prima fuit iudaeis · ut prophetas extinguerent ⁊ Apposita est iniquitas sup iniquitatem ipsorum · quando ipsum d̄nm crucifigere maluerunt ⁊ Additur poena peccati · ne intrent in iustitiam d̄i · id est ne participes xp̄o fiant in illo regno iustitiae ⁊

Ego sum pauper · hanc proprietatem sibi deputauit · quia nemo alter hanc paupertatem et hunc dolorem pro totius mundi culpa sustinuit ⁊ Suscepit utiq · humanitatem · Salus · quando reconciliauit mundum patri resurgendo ⁊

Multo enim est acceptior effusa laus puro corde d̄o · quam potest peccōdum placere macteatio ⁊ Cornua producentem · id est fortitudinem ecclesiae dantem ⁊ et ungulas quibus sacrilegia conculcet gentium ac deuellet ⁊

Pauperes sunt xp̄i · qui despiciunt diuitias mundi istius · et eligunt humanarum rerum indigentiam · ut epulis spiritalibus impleantur ⁊ Vinctos suos liberat a laqueis carnalibus ·